

Tentamen medicum inaugurale, de rheumatismo acuto / [William Rawes].

Contributors

Rawes, William, 1785-1854.

Publication/Creation

Edinburgh : J. Moir, 1823.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/dbjvenxj>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

interdum in diebus tribus aut quatuor, alquando
vero longiore tempore, fluxui suum imponunt.
Dum H. Bell, in omni exemplo, quatuor in-
flammati magna sit, in stadio primo, eas con-

spiciunt: "There is (at) only one symptom which

"in this stage (which) is pain, which is not

but inflammation, however, which is not of those

which are of the nature of inflammation, but

"and swelling of the joint, which is the

first, in every case, before any other

venous flow, and is not a result of

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

and inflammation, which is not

(19)

TENTAMEN MEDICUM
INAUGURALE,
DE
RHEUMATISMO ACUTO:

QUOD
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,
D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENÆ PRÆFECTI,
NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS RAWES,

ANGLO-BRITANNUS.

— Sicuti non invenere tyranni
Majus tormentum. HORAT.

Kalendis Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:
EXCUDEBAT JOANNES MOIR,
MDCCCXXIII.

TENTAMEN MEDICUM
INAGURALE

DE

RHEUMATISMO ACUTO:

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

ET AUCTORITATE REVERENDI ACADEMICI VIRI

D. GEORGI BAIRD, SS. T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS PRÆSENTAT

RECTOR


ANGLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO

PUBLICE PROBATA

SUMMISSIO IN MEDICINÆ HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

AD HOC ET LECTURAM



GUILIELMUS BAIRD

ANGLO-SCOTICUS

— Sicut non invenit (scilicet)

Horat. Major invenit

Kalendaria Augusti, hinc incipit solstitium

EDINBURGH:

EXCIPITAT JOHANNES MOIR

MDCCLXXIII

REVERENDO GULIELMO YONKE,

PATRUO SUO CARISSIMO

JACOBO RAWES, ARMIGERO,

VIRO DOCTRINA MORIBUSQUE INSIGNI,

HOCCE OPUSCULUM

SUMMA CUM OBSERVANTIA

GEORGIO MILLER ARMIGERO,

DEDICAT

AUCTOR

FIRST EDITION

REVEREND GUILLEMO YONGE

NOT A BOOK OF THE
BIBLIOGRAPHIC SOCIETY

LIBRARY OF THE BIBLE SOCIETY

JACOBO RAYES ARMIGERO

NEW YORK

THE DOCTRINE OF THE BIBLE

CARLOS ROBERTO ARMIGERO

HOCCE PH. S. S. S.

ET

SUMMA DEI GREGORII

GEORGIO MILLER ARMIGERO

DEBENT

HOCCE TENTARE

LIBRARI

LIBRARIUS AUGUSTUS

LIBRARIUS AUGUSTUS

LIBRARIUS AUGUSTUS

LIBRARIUS

LIBRARIUS

VIRIS EXIMIIS

REVERENDO GULIELMO YONGE,

NORVICI CANCELLARIO, ET

COMITATUS NORFOLCENSIS JUSTICIARIO ;

NECNON

SOCERO SUO

CAROLO ROBERTS, ARMIGERO,

ET

GEORGIO MILLER, ARMIGERO,

HOCCE TENTAMEN

PEREXIGUUM GRATI ANIMI INDICIUM

PROPTER BENEFICIA QUAE PLURIMA

IN SE CONTULERUNT,

CONSECRAT

AUCTOR.

REV. FR. GUILLEMO YONGE
TENTAMEN MEDICUM
VIRI KLIMIS
IN ACADEMIA
MAGISTRI KACELLARIO, ET

RHEUMATISMO ACUTO.

CAROLUS ROBERTUS
ALMIGERO

Ex Georgio in libris de Rheumatismo
dendi ars primo exulta est, parum omnino de
Rheumatismo Acuto colligere possumus; quip-
pe cunctos inchoatantes animi dolores sub
appellatione Arthritidis comprehendere con-
sueverunt, ideoque Podagram et Rheumatismum
inter se confabulantur.
In posteriore huius sententiae parte Hippo-
crates ad Rheumatismum Acutum referre vi-
detur. "Cum articulus corporis detinetur cor-
poris articulos, ignis et dolor invadit, et pre-
"vis quidem et acutus evadit, sed minime le-

TENTAMEN MEDICUM
INAUGURALE,
DE
RHEUMATISMO ACUTO.

AUCTORE GULIELMO RAWES.

Ex libris Graecorum et Arabum quibus mendendi ars primo exculta est, parum omnino de Rheumatismo Acuto colligere possumus; quippe cunctos juncturarum artuum dolores sub appellatione Arthritidis comprehendere consueverunt, ideoque Podagram et Rheumatismum inter se confuderunt.

In posteriore hujus sententiae parte HIPPOCRATES ad Rheumatismum Acutum referre videtur. “ Cum articularis morbus detinet corporis articulos, ignis et dolor invadit, et brevis quidem et acutus evadit, sed minime le-

“ thalis. Junioribus magis quam senioribus
“ contingere solet.”*

CAELIUS AURELIANUS in libro suo de Passione Articulorum non tam fuse de hoc morbo quam sagax peritusque ARETAEUS loquitur.†

Ex libris auctorum, qui infra enumerantur, patet illos Rheumatismum Acutum non prorsus ignorasse; hi sunt AVICENNA, ÆTIUS, TRALLIANUS, PAULUS ÆGINEA, et RHAZES.

BOTALLUS hunc morbum in duas species dividit, scilicet, in tempus frigoris et in tempus caloris, et sanguinis missionem praecepit,‡ in quo contrariam cunctis suis coaevis opinionem tenuit.

Post BOTALLI tempora, BALLONIUS eundem morbum eximie descripsit, et primus laudem meruit Rheumatismum Acutum habendi utpote malum ab omni alio diversum, et per distinctionem admodum accuratam, illum a Catarrho et Podagra discriminandi quibuscum

* HIPPOCRAT. De Affectionibus, p. 524.

† ARET. De Causis et Signis Morb. Lib. II. Cap. 12. p. 66.

‡ BOTALL. Lib. de Curatione, per MS. Cap. 12.

prius confusus fuerat ;* ille etiam primus huic malo nomen imposuit “*ῥευματισμος.*”

A BALONII usque ad SYDENHAMI tempora de hoc morbo a multis auctoribus, etsi parum luculenter, scriptum est, quorum maxime celebres erant CHESNEAU et RIVERIUS. Restabat SYDENHAMO,† illi viro claro et medico peritissimo, hunc morbum sua propria accuratione et perspicuitate elucidare.

DE DEFINITIONE.

RHEUMATISMUS ACUTUS aliter ab aliis auctoribus definitus est; et hîc HOFFMANUS, STOERK, SAUVAGESIUS, LINNÆUS, et VOGELIUS, suum quisque exercuit ingenium; definitio attamen hujus morbi per Clarissimum nostrum CULLENUM,‡ prae cunctis prioribus

* BALLON. Opera Omnia, Vol. IV. Lib. 2.

† SYDENHAMI Opera Universa, Lugduni, Batav. Cap. V. p. 272.

‡ Synop. Nosolog. Method. CULLENI, p. 24.

accurata est. In ejus Nosologia, Rheumatismus in Classe "Pyrexiae," et ordine "Phlegmasiae" positus est.

DE RHEUMATISMI INDICIIS.

HOMINES cujusvis aetatis, quanquam raro juniores, aut aetate admodum provectos, Rheumatismus Acutus aggreditur; plerumque inter pubertatis aetatem et annum trigesimum quintum incidit.* HEBERDEN † vero et HAYGARTH ‡ scripserunt, se plura hujus mali exempla hac lege soluta, vidisse.

Doctor DAVIS, in eximia sua narratione morborum infantium, in "the Universal Dispensary," curatorum, exponit plura Rheumatismi Acuti satis distincta exempla quae in pueris circiter quartum quintumve annum vitae inciderant.§

* CULLEN's First Lines, Vol. I. p. 267.

† HEBERDEN Commentarii, edit. ult. p. 344.

‡ HAYGARTH's Clinical History.

§ Medico-Chirurgical Journal, Oct. 1817.

Homines robusti, plethorici, temperamento sanguineo designati, prae aliis hoc morbo plectuntur. Viros saepius quam feminas invadit, quippe illi vitam minus temperatam plerumque ducunt, et tempestatis mutationibus magis obijciuntur.

Quanquam autem feminae ad Rheumatismum minus pronae sunt quam viri, illae tamen isti affectui digitorum Rheumatico obnoxiores sunt, quo digiti extrorsum plerumque flectuntur, quae mali species in feminis circiter mediam aetatem conspicitur.

Nulla regio, nullum anni tempus, homines ab hoc molestissimo morbo incolumes servat, etsi in regionibus subitis vicissitudinibus subjectis crebrius saevire videtur.

Quidam opinantur hunc morbum aliquando epidemicum esse;* et exempla tradita sunt in quibus Typhus Rheumatismum comitata fuerat.†

* VOGEL de Corpor. Human. Affectibus, p. 369.; necnon M. Med. Soc. Lond. V. 321.

† WILLAN'S Reports on the Diseases of London, 1821, page 154. SAUNDERS on Bark.

PLENCK censet hunc morbum nonnunquam malo quovis tempore publice grassante quodammodo affici.*

Rheumatismum Acutum pyrexiae symptomata plerumque praemonent; attamen pulsus pleni et duri sentiuntur priusquam quaevis alia signa pyrexiae acciderint; venae etiam juxta partes affectas evidenter tumescunt.

Dolor pulsatilis in arteriis sentitur, cui post paucos dies adjiciuntur calor, rubor, et tumor; quanquam STOERCK ait, "Plurimos aegros vidi
" valida febre Rheumatica laborantes, et nullus
" tamen tumor circa articulos aut alias partes
" observatus est, licet dolores fuerint et mag-
" ni."†

Dolor saepe in musculis sentitur, sed saevissime in articulis, ubi facultas distentionis arteriis minus praebetur; plerumque versus vespeream et noctu aggrediens, quo tempore interdum multo vehementior fit. GREGORIUS, ille

* Acta et Observata, p. 94.

† STOERCK Annus Medicus.

medicus peritus, in praelectionibus suis dicere solebat, CULLENUM errasse quum proposuit dolorem nocte adaugeri, propterea quod corpus tunc magis tegitur, ideoque plus quam interdiu calet; ille vero impetum eo tempore graviolem attribuit morbi ipsius proprietati, qui aliquatenus intermittentis febris formam, sicut Febris Hecticae, induit. Dr HEBERDEN docet plurimis dolorem cubitis calore augeri; hoc vero haud semper ita se habere.

Saepissime articuli majores hoc morbo premuntur, etiam aliquando muscoli intercostales, quae affectio est “Pleurodyne Rheumatica” SAUVAGESII. Cor interdum per metastasin hoc morbo vexatur, quod crebrius quam quicquam aliud organum vitale afficitur. Dr BAILLIE auctoritate Doctoris PITCAIRN usus, ad hanc metastasin medicorum attentionem primus convertisse videtur. Dr ODIER Genevensis in opere suo “Manuel de Medicine Pratique,” inter alia mala quae Rheumatismum Acutum nonnunquam superveniunt, recenset sub-acute inflammationem cordis, quae saepe in malum vetustum transit, cujus

notae praecipuae sunt, Febris Hectica, pulsus frequentes et inaequales, thoracis oppressio, tussis, etc ; quae indicia Anasarca saepe subsequitur, et aeger subito extinguitur.

Plurimum magni momenti nuper de hoc diro malo in lucem editum est, praesertim a Doctore WELLS,* DAVIDE DUNDAS equite,† et Doctore MATHEY,‡ Genevensi. In sex hujus morbi exemplis quae post aegrorum mortem Eques D. DUNDAS inspexerat, singula, uno excepto, haec in conspectum dederunt, scilicet, ventriculum sinistrum magnopere dilatatum, sed non in crassitudine auctum, substantiam cordis pallidam, mollem, et teneram. In eo alio exemplo, nulla erat adhaesio inter cor et pericardium, sed in posteriore seri effusio detecta. In his exemplis, “ the muscular
“ structure of the heart was not increased in
“ thickness beyond what it commonly is ; so

* Third Vol. of Transactions for the Improvement of Med. and Chir. Knowledge.

† In a paper read before the Medico-Chir. Soc. in November 1808.

* Journal General de Medicine for February 1815.

“ that its power of action was not augmented
“ proportionably to its bulk.”

In quibusdam exemplis translatio hujus mali ad cerebrum, pulmonem, et diaphragma facta est.*

Sanguis in Rheumatismo acuto fere semper crustam fibrinae ostendit, et quod mirum est, similem aspectum indicat postquam malum in speciem chronicam mutatum fuerit.

In nonnullis, morbo haud multum provec-
to, sudores spontanei permeant, qui raro mor-
bi remissionem efficiunt, neque aut critici,
aut salutares, evadunt; sed saepe solummodo
infirmi-
tatem inducunt. Notatu dignum est,
nullum sudorem, nisi cedente morbo, ex par-
tibus dolore affectis, emanare.

Quamdiu hic morbus perstiterit nihil certi
proponi potest, quippe multum hic pendet ex
aegroti aetate, sexu, atque temperamento, et
aliquatenus fortasse ex anni tempore, et aëris
conditione; porro hic morbus nonnunquam
recidivus fit, postquam sublevari visus fuerit.

* HAYGARTH's Clinical History of Rheumatism; necnon
Edinburgh Med. and Surgical Journal, Vol. II.

Quamvis Rheumatismum acutum vehemens aliquarum partium inflammatio comitatur, et morbus in hoc respectu cum aliis phlegmasiis communem naturam habet, rarissime tamen in suppurationem desinit. MORGAGNI unum exemplum tradit ubi suppuratio inciderat.*

Secundum CULLENUM, secretio humoris gelatinosi et pellucidi in vaginas tendinum effunditur, atque hic humor effusus plerumque absorbetur; nonnulli tamen auctores † asseverant tumores hinc oriri, quibus incisis, humor flavus tenaxque effusus est, et ex iis ulcuscula sanatu difficilia formata fuisse.

DE DIAGNOSI.

Ex morbis qui aliquando Rheumatismum Acutum assimilant, praecipui sunt Podagra, Pneumonia, atque Enteritis. Podagra plerum-

* MORGAGNI. Ep. LVII. Art. 20.

† TISSOT's Avis au Peuple, Cap. II.; necnon FERRIAR's Medical Histories and Reflections, Vol. II. p. 21.

que causis et sede mali dignosci a Rheumatismo potest. Rheumatismus ex causa evidente, sicut frigore, oritur; in Podagra nulla talis causa reperitur; haec aetatem mediam etiamque provectam affligit, et hos praecipue quorum corpora fracta sunt per otium, luxum, et intemperantiam omnigenam.

Podagrae praecursores qualis languor, flatus, atque alia Dyspepsiae symptomata, nequaquam Rheumatismi Acuti accessum praemonent; hic majores, illa minores articulos, infestat.

Cum graves dolores Rheumatici in thorace sentiuntur, interdum Peripneumoniam assilant; cum autem in abdomine, Enteritidem quodammodo indicant; alter utrinque dolor per pressuram vel motum ingravescit, etiamque propria indicia istarum partium inflammationis absunt.

DE PROGNOSI.

Hic morbus, naturâ plerumque feliciter exit, raro enim lethalis est, nisi cum per metastasin, in Pneumoniam, Phthisin, aliumve morbum periculosum, scilicet, cordis, transierit. “ Rheumatismus externas partes occupans, fixus, periculo carere solet; vagus internas nobiliores partes petens, maximas sanitati ac vitae insidias struit.” (CALISEN.)

DE CAUSIS.

CAUSAE quae ad Rheumatismum Acutum proclivitatem dant, quaeque illum excitant, clare constant. Istud pro ratione praedisponente habendum est quo corpus frigori magis obnoxium redditur, nempe cum sub usu Hydrargyri, aut ex quavis alia causa debilitatum fuerit. Frigus toti corpori aut partim adhibitum plerumque hunc morbum excitat,

Dr JOHNSON vero notat in raris exemplis, ubi magna fuerat proclivitas, nullam aliam causam malum excitantem, detegi posse.

DE MEDENDI RATIONE.

UNICUIQUE medico qui in Rheumatismo Acuto tractando versatus fuit, confitendum est istum apte collocari debere inter morbos difficillimos et maxime pertinaces qui corpus humanum affligunt, et pauca esse mala quae medendi artem magis frustrantur; in nonnullis enim exemplis usque eo medendi rationi repugnat ut cum etiam sublevari videatur inopinate graviter recurrit.

Rheumatismus Acutus in duas species dividi potest, nempe, in inflammatoriam et in irritabilem; in specie priore, et febris et inflammatio graviter urgent; in posteriore, inflammatio videtur esse topica, cum febre levi, atque aucta imbecillitate, et totius corporis irritabilitate supervenientibus.

In statu Rheumatismi Acuti inflammatorio sanguinis missio, morbo ineunte, remedium praestantissimum esse videtur.

Ille sagax morborum contemplator SYDENHAMUS magnopere venae-sectionem laudat, judicans ex sanguine detracto, hunc morbum inflammatorium esse, utpote similitudinem habente sanguinis e Pleuritico emissi “ praesertim sanguinis e pertusa vena color utpote qui Pleuriticorum sanguine per omnia similis est.”* SCUDAMORE tamen auctor est aspectum sanguinis in Pleuritide emissi multum differre ab eo Rheumatici sanguinis; in priori enim malo formatur crusta albo-flava, firma, coriacea, et admodum opaca; in altera, gelatinosa est, caeruleo-alba, aliquantum pellucida, mollis et tenera.

Celeb. Eques JOANNES PRINGLE in optimo suo de morbis militum tractatu crebritatem Rheumatismi Acuti apud eos notat,† etiamque

* SYDEN. Opera Universa, Epist. I. p. 318.

† Diseases of the Army, p. 182.

per sanguinem emissum felicem istius morbi terminationem; ait ille, " that when the rheumatism was attended with an inflammatory swelling of the joints, sweating was improper, and the cure was only to be obtained by repeated and almost daily bleedings, till the patient was without fever, or the pains were entirely removed, or become easier; and in this course we may proceed the more boldly, as those who are subject to this distemper are generally in the vigour of life, or are either plethoric, or at least able to bear great evacuations."

Quidam medici venae-sectionis iterationem praeceperunt, quamdiu sanguis coriaceam tunicam assimilaverit; hoc autem caute imitandum est, quippe ejusmodi aspectus, ut fere semper in Rheumatismo Acuto adest, ita etiam in Chronico interdum observatur.

Si stimulantia adhibuerimus antequam, uti decet, corpus exinanitum fuerit, et morbus plane se remiserit, non modo morbi vehementiam augebimus per arteriarum actionis intentionem, sed in periculum irruemus istius cor-

poris status inducendi, unde metastasis tam facile oritur. In hujus opinionis confirmationem sententiam eruditi Doctoris ALISON me juvat hic proferre; dicit ille, exinanitionis debitae praetermissionem saepe Rheumatismi Acuti in corde causam esse, et opinionem Doctoris FORDYCE quod sanguinis detractio talem metastasin inducat rejiciendam esse, quippe hic affectus crebrius in Londino incidit de quo tempore stimulans curandi ratio exercitata fuit.*

Venae-sectio maxime prodest ubi pulsus duri, vibrantes, validique hunc morbum comitantur. Haud minus quam uncias octodecim aut viginti prima venae-sectione detrahendum est; ac si pulsus etiamnum duri sint, et indicia leviora haud percipiantur, parem copiam emittere intra paucas horas licebit; utrum vero iterum sanguinem detrahere conveniet, ex symptomatum lenimine quod prima sanguinis missio secum attulerit, et ex indiciis subse-

* Manuscript Lectures.

quentibus, luculenter apparebit. Dr SCUDAMORE dicit si ex prima sanguinis missione copiosa nil levaminis manifestum fuerit, dubitandum esse, gravioribus etiam indiciis urgentibus, an iterum mitteretur sanguis, nisi malum organum internum tentaverit, et addit ille, quod si post venae-sectionem quaevis corporis pars prae ceteris doluerit usque ad aegrum vehementer angendum, plerumque potius esse in evacuationem topicam hirudines parti laceratae admoveere, quam ad sanguinis detractio-
nem generalem confugere.

In paucis exemplis speciei irritabilis hujus mali quae mihi non secus atque aliis contigit observare, sanguinis detractio generalis nocuisse videtur, et quidem prohibenda propter infirmitatem, et languidum corporis statum qui tunc adest, ubi sanguinis circuitus magis excitatur dolore et irritatione generali, quam in vera inflammatoria diathesi quae in altera specie conspicitur. In hujusmodi exemplis, post alvum liberaliter solutam, plurimum proficiunt, ut ipse vidi, hirudines ad partem dolentem admotae, et modica cutis relaxatio in-

ducta per Potassae Carbonatem cum Acido Citrico et Liqueor. Tart. Antim. gtt. xx. et Trae. Opii gtt. vi. tertia quaque hora captam, atque pulveres Seidlitz ad alvum fusam servandam; his remediis per paucos dies adhibitis, Cinchona maxime utilis erit, neque necessarium videtur, nisi fallor, expectare aut exacerbationes aut morbi remissiones antequam hoc remedium adhibeatur.

Quoties malum ingravescit medicamen ex Opio confectum sumptum vespere accessus sedationem efficiet, nec quod interdum notatur, pulsus frequentes id prohibeant, quoniam ex irritatione et dolore excitati sunt.

Quamvis Cathartica plerumque Diathesin Phlogisticam haud parum imminuunt, et vasa absorbentia ad auctam actionem concitant, fortes tamen purgationes non multum in Rheumatismo Acuto prodesse videntur; praeterea frequens alvi solutio incommoda est, quin etiam nociva, ut CULLENUS monet, ex molestia et dolore corporis aegri agitationem comitantibus.

Mihi ipse, necnon aliis hoc morbo laboran-

tibus, post sanguinem missum et purgantia adhibita, mistura ex Tinct. Digitalis, Acid. Sulph. Dil. et Tinct. Opii, confecta, profuisse videtur. Pro potu sumendus est Supertartas Potassae in aqua solutus, et diaeta tenui et parca utendum est. In cubiculum aegri aër purus modice admissus sit, etiamque adhibeatur cura ne stragula illum nimis calefaciant.

Quod multa Diaphoretica in usu sunt apud medicos admodum spectatos haud ignarus sum, et haec equidem non in animo est repudiare; sed credo me effectus feliciores vidisse ex curatione antea proposita.

Ex fama late diffusa Cinchonae quoniam tantopere laudatae a celeberrimis medicis, scilicet, MORTON, HULSE, FOTHERGILL, SAUNDERS, et HAYGARTH, hoc medicamentum, uti remedium certum in Rheumatismo Acuto a nonnullis tenetur; hodie autem a compluribus aliena existimatur, nisi quando diathesis inflammatoria remediis antiphlogisticis cesserit, aut ubi sunt insignes doloris remissiones, una cum aliis indiciis quae aegrum convalescere demonstrant, aut in hujus mali specie irritabili, de qua jam dictum est.

Quoad in Rheumatismo Acuto Calomelanos et Opii efficaciam, quae primum a Doctore HAMILTON de Lynn commendata fuerunt, haud me penes est loqui; sed Doctor PARR* censet, haec praecipue utilia fuisse, postquam accessus inflammatorius, partim saltem, subsederat; nec de Colchico autumnali, quicquid ego metipse ex experientia dicere possum.

Quoniam Epispastica quoad primum illorum effectum, magnopere stimulent in Rheumatismo Acuto, quippe indicia exasperent, nociva videntur: praeterea in exemplis ubi ipse vidi epispastica admota subita mali transitio de junctura in juncturam inducta fuit, quae res fortasse ita se habet in aliis remediis extrinsecus admotis, hirudinibus exceptis.

Quoniam in hoc morbo quies maxime necessaria est nil commodi quod aegroto ex balneo calido oriretur dolorem ex musculorum actione inde allatum adequare possit; porro

* PARR's Medical Dictionary.

aeger aëri inde subjectus frigoris accessioni periclitatus esset.

Ad summam, nulla remedia magis praestabunt, postquam aeger convaluerit, ad sanitatem ejus redintegrandum, vel ad morbum recedivum prohibendum, quam tepidarium aut frigidarium, exercitatio modica, corpus bene tectum, et temperantiae cultus.

FINIS.

reger, nisi inde subjectus rigoris accessioni
periclitatus esset.

Ad summam, nulla remedia magis presta-
bunt, postquam aeger convalescit, ad sanita-
tem ejus reintegrandum, vel ad morbum re-
cedivum prohibendum, quam tepidarium aut
frigidiarium, exercitatio modica, corpus bene
tectum, et temperantiae cultus.

VERMONT STATEMENT
OF THE
COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE
FOR THE YEAR 1884

ALBANY:
J. B. LITTLE, JR.,
PRINTERS.
1885.

THE STATE OF VERMONT,
COUNTY OF FRANKLIN,
ss. I, J. B. LITTLE, JR.,
of the County of Franklin,
do hereby certify that the
within and foregoing is a
true and correct copy of the
Statement of the Commissioners of the
Land Office for the year 1884,
as the same appears from the
original filed in my office.

IN WITNESS WHEREOF,
I have hereunto set my hand
and the seal of said County,
this 10th day of January, A.D. 1885.
J. B. LITTLE, JR.,
County Clerk.

11 11 11

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS

DE

VERMIBUS INTESTINORUM

AVCTORE

FRANCISCO JOSEPHO SCHNITZER

PHYSICUS ET ANATOMUS

D. GEORGI BALD, M.D.

ACADEMIAE MEDICAE PRAGENSIS

PROFESSOR

ACADEMIAE MEDICAE PRAGENSIS

PROFESSOR

Pro Classis Doctoris

PRAGAE IN ACADEMIA MEDICA

ANNO MDCCCXXXIII

FRANCISCO JOSEPHO SCHNITZER

JACOBUS ROE

PHYSICUS

ACADEMIAE

ACADEMIAE MEDICAE PRAGENSIS

PRAGAE

ACADEMIAE MEDICAE PRAGENSIS

ACADEMIAE